muosten klieben unz ûf die batwât (Rab. 700); vermutlich weil man diese haut auch im bade nicht ablegt. für denselben begriff verwenden die romanischen dichter niemals *cape, chape,* sondern provenz. *cofa,* altfranz. *coife, coïphe, quoife,* welches unserm *haube* und dem ags. *heafola* näher tritt. span. ist *cofia,* ital. *cuffia,* mlat. *cuphia* weiberhaube. auch gelten beide bedeutungen, sowohl die der glückshaube als der ritterlichen binde. man sagt noch heute in Frankreich *cet homme est né coiffé* (*coeffé*), er ist mit einem helm geboren, ein glückskind. dann aber ist *coife* auch *le bonnet que les chevaliers portaient sous le casque et le chaperon.* obgleich die mhd. dichter *hûbe* hatten, entnahmen sie doch den rom. ausdruck *kuppe* Trist. 7056. 7089. 9407; und mnl. gilt *coifie* Ferg. 2701, nnl. *kuif* neben *huif.* mehr an *capa* gemahnt dagegen das böhm. *czepek* haube, poln. *czep, czepiec; w czepku urodzil,* mit der haube geboren, glückskind. man erkennt die weite verbreitung des worts und des aberglaubens.

JACOB GRIMM.

SAMOGITISCHE GÖTTER.

Es schien der mühe werth aus dem seltnen büchlein des Johann Lasicz de diis Samagitarum ceterorumque Sarmatarum et falsorum Christianorum, *das* 1580 in gratiam Alexandri ducis Sclucensis *abgefaſst und* 1615 *von Jacob Grasser zu Basel hinter* Michalonis Lituani de moribus Tartarorum Lituanorum et Moschorum fragmina X *in quart herausgegeben wurde, die für die kenntnis der litthauischen mythologie sehr schätzbaren nachrichten wieder abdrucken zu laſsen. die seitenzahlen der ersten ausgabe sind beigefügt und am schluſs ist ein darauf sich beziehendes register gegeben worden. die einschaltung s.* 51—53 *rührt entweder von Lasicz selbst oder wahrscheinlich von Grasser her, verdiente jedoch stehn zu bleiben. anmerkungen mache ich nicht dazu, so nahe viele gelegen hätten. am erwünschtesten wäre daſs jemand aus dem preuſsischen Litthauen die dort noch bekannten überreste und namen*

sammelte und mittheilte; aus Ruhigs oder Mielckes wörterbuch ist nur weniges, doch schon genug für die einsicht zu entnehmen dafs sich in diesen gegenden vielfache und wichtige abweichungen von dem polnischlitthauischen glauben darbieten müfsen.

JACOB GRIMM.

46 Jacobus Lascovius, Polonus nobilis, in hisce hominibus (Samagitis) pie erudiendis et in certa loca cogendis, Sigismundi Augusti jussu, plurimum operae impendit. cui deum unum praedicanti respondebant idololatrae 'quid tu nobis unicum deum, quasi omnibus nostris potentiorem inculcas? plus uno multi possunt, plura plures agunt.' Jussi autem a Lascovio *arbores excindere*, invitissimi id, nec prius quam ipsemet inchoaret fecerunt. *deos* enim *nemora incolere* persuasum habent. sequitur persuasionem effectus. nam in silvis eorum horrenda quaedam visa ac spectra tam auribus quam oculis spectantium sese offerunt. Tum unus inter alios percontari, num etiam *decorticare arbores* liceret? annuente praefecto, aliquot magno nisu haec repetens *decorticavit* 'vos me meis anseribus gallisque gallinaceis spoliastis, proinde et ego nudas vos faciam.' credebat enim demens *deos* rei suae familiari perniciosos *intra arbores et cortices* latere.

Quorum tantus pene est numerus, quantus aliorum apud Hesiodum. Nam praeter eum, qui illis est deus *Auxtheias Vissagistis* deus omnipotens atque summus,
47 permultos *Zemopacios* id est terrestres ii venerantur, qui nondum verum deum Christianorum cognoverunt. *Percunos* deus tonitrus illis est, quem coelo tonante agricola capite detecto et succidiam humeris per fundum portans hisce verbis alloquitur '*Percune deuaite* niemuski vnd mana, diewu melsu tawi palti miessu.' cohibe te, inquit, Percune, neve in meum agrum calamitatem immittas. ego vero tibi hanc succidiam dabo. Verum postquam nymbus praeterit, carnes ipse absumit. *Percuna tete* mater est fulminis atque tonitrui, quae so-

lem fessum ac pulverulentum balneo excipit, deinde lotum et nitidum postera die emittit. *Audros* deo maris ceterarumque aquarum cura incumbit. *Algis* angelus est summorum deorum. *Ausca* dea est radiorum solis vel occumbentis vel supra horizontem ascendentis. *Bezlea* dea vespertina, *Breksta* tenebrarum, *Ligiczus* is deus esse putatur qui concordiae inter homines et auctor est et conservator. *Datanus* donator est bonorum seu largitor. *Kirnis* caerasos arcis alicujus secundum lacum sitae curat. in quos, placandi ejus causa, gallos mactatos injiciunt, caereosque accensos in eis figunt. *Kremata* porcorum ac suum est deus, cui similiter focos excitant, et cerevisiam super eos fundunt. *Pizio* juventus sponsam adducturus sponso sacrum facit. puellae quoque quendam *Gondu* adorant et invocant. *Modeina* et *Ragaina* sylvestres sunt dii, uti *Kierpiczus* hujusque adjutor *Siliniczus* musci in sylvis nascentis; cujus in aedificiis magnus apud illos est usus. huic etiam muscum lecturi sacrificant. *Tawals* deus auctor facultatum. *Orthus* lacus est piscosus quem colunt, quemadmodum et *Ezernim* lacuum deum.

Sunt etiam quaedam veteres nobilium familiae, quae peculiares colunt deos. ut Mikutiana *Simonaitem*, Micheloviciana *Sidzium*, Schemietiana et Kiesgaliana Ventis *Rekicziovum*, aliae alios. *Kurwaiczin Eraiczin* agnellorum est deus; est et *Gardunithis* custos eorundem recens editorum. *Prigirstitis* hic est qui murmurantes exaudire putatur, jubent igitur ut quis summisso murmure hoc vel illud loquatur, ne clamantem *Prigirstitis* audiat. *Derfintos* pacem conciliat ut et *Bentis* is creditur, qui efficit ut duo vel plures simul iter aliquo instituant. *Lawkpatimo* ituri aratum vel satum supplicant. *Priparscis* est qui augere nefrendes existimatur. *Ratainicza* equorum habetur deus, ut *Walgina* aliorum pecorum. *Kriksthos* cruces in tumulis sepultorum custodit.

48

Sunt et omnium auguriorum divinationumque observantes, habentque *Apidome* mutati domicilii deum. nato cujusvis generis, vel coeco vel debili pullo actutum se-

des mutantur. quin ipse quoque rex *Wladislaus* gente Lituanus has a matre superstitiones didicerat, ut eum diem infaustum sibi futurum crederet, quo primum *calceum sinistrum* fortuito accepisset. ad hoc movebat se interdum in gyrum stans pede uno, foras e cubili proditurus. quorum similia multa observantur a Samagitis. quidam infeliciter se venaturos sibi persuadent, si *domo egressis mulier occurrat*, seu quis certum numerum capiendorum leporum, vulpium, luporum nominet. *Krukis* suum est deus, qui religiose colitur ab budraicis h. e. fabris ferrariis. *Lasdona* avellanarum, *Babilos* apum dii sunt. hunc Russi *Zosim* cognominant. Sunt etiam deae, *Zemina* terrestris, *Austheia* apum. utraeque incrementa facere creduntur, ac cum examinantur apes, quo plures in alveos aliunde adducant et fucos ab eis arceant, rogantur. Nusquam autem vel candidius mel est, vel minus cerae habet. Praeterea sunt certis agris, quemadmodum nobilioribus familiis, singulares dei. videlicet *Deuoitis* agri pojurskii, *Vetustis* retowskii, *Guboi* ac *Twerticos* sarakowskii, *Kirnis* plotelscii. *Vielona* deus animarum, cui tum oblatio offertur, cum mortui pascuntur. dari autem illi solent frixae placentulae, quatuor locis sibi oppositis, paullulum discissae. eae *sikies Vielonia pemixlos* nominantur. *Warpulis* is esse putatur
49 qui sonitum ante et post tonitru in aere facit. Ceterum quid agant *Salaus*, *Szlotrazis*, *Tiklis*, *Birzulis*, *Siriczus*, *Dwargonth*, *Klamals*, *Atlaibos*, aliique ejus generis, non libenter id Christianis aperiunt. opitulatores illos hominum esse ideoque invocandos persuasum habent. *Numeias* vocant domesticos. ut est *Vblanicza* deus, cui curae est omnis supellex. *Dugnai* dea praeest farinae subactae. *Pesseias* inter pullos omnis generis recens natos post focum latet. *Tratitas Kirbixtu* deaster est qui scintillas tugurii restinguit. *Alabathis* quem linum pexuri in auxilium vocant. *Polengabia* diva est, cui foci lucentis administratio creditur. *Aspelenie* angularis. *Budintaia* hominem dormientem excitat. *Matergabiae* deae offertur a femina ea placenta, quae prima e mactra sumta *digitoque notata* in furno coquitur. hanc

post non alius quam pater familias vel ejus conjux comedit. Simili modo *Rauguzemapati* offerunt posteaque ebibunt primum vel cervisiae vel aquae mulsae e dolio haustum. quem *nulaidimos*, illum autem primum e massa exemtum panem *taswirzis* cognominant. eidem cervisiario deo offert id est praebibit paterfam. cervisiae post fęces acceptas intumescentis spumantem pateram. tum demum et alii hauriunt. si is absit, mater id familias facit. *Luibegeldas* divas venerantes ita compellant 'Luibegeldae per mare porire sekles gillie skaute.' vos deae transmisistis ad nos omnia semina siliginea in putamine glandis.

Eadem turba agrestis, ut est auctor *Alexander Gwagninus*, in Sarmatia, sub finem mensis octobris, frugibus plane collectis solenne quoddam sacrificium eo modo celebrat. nam omnes ad sacras epulas coacti mensae foenum, postea panem, ac ex utraque parte duo vasa cervisiae plena imponunt. deinde adducta *utriusque sexus domestica animalia*, sue, gallo, ansere, vitulo, et si quae sunt alia, hoc ritu mactant. primus augur, certa verba prolocutus, animalis caput ceteraque membra fuste verberat. quem turba idem agens, ac haec dicens sequitur 'haec tibi o *Zemiennik* deus, gratias agentes offerimus, quod nos hoc anno incolumes conservaris et omnia nobis abunde dederis. idem ut in posterum facias, te oramus.' antequam vero ipsi comedant, uniuscujusque ferculi portiunculam abscisam in omnes domus
50 angulos ista dicentes abjiciunt 'accipe o *Zemiennik* grato animo sacrificium, atque laetus comede.' tum demum ipsi quoque praelaute epulantur. Qui ritus etiam in nonnullis Lituaniae atque Russiae locis observatur, ac *ilgi* dicitur. fieri id sacrum Lascovius ait postridie festi omnium sanctorum, qui dies est *secundus novembris*. quo die Samagitae Prussis quibus erant oppignerati, quique in terra ipsorum fuere, excisis, Vitoldo duci Lituaniae (qui diem obiit 1430, 27 octobr. Wladislai Jagiellonis patruelis frater) ultro sese subjecerunt. tertio post *ilgas* die deum *Waizganthos* colunt virgines, ut illius beneficio tam lini quam cannabis habeant copiam. ubi

altissima illarum, impleto placentulis, quas *sikies* vocant, sinu, et *stans pede uno* in sedili, *manuque sinistra* sursum elata, librum prolixum vel tiliae vel ulmo detractum (ex quo etiam calceos contexunt) *dextera* vero craterem cervisiae haec loquens tenet '*Waizganthos deuaite* auging mani linus teip ilgies, ik mani, nie duokmunus nogus eithi.' i. e. W. produc nobis *tam altum linum, quam ego nunc alta sum*, neve nos nudos incedere permittas. post haec craterem exhaurit (nam et feminae bibaces sunt) impletumque rursum deo in terram effundit et placentas e sinu ejicit, a deastris, si qui sint *Waizgantho*, comedendas. Si haec peragens *firma perstet*, bonum lini proventum anno sequenti futurum, in animum inducit. *si lapsa pede altero nitatur*, dubitat de futura copia, fidemque effectus sequitur. Iisdemque feriis *mortuos e tumulis ad balneum et epulum invitant*, totidemque sedilia, mantilia, indusia, quot invitati fuerint, in tugurio eam ad rem praeparato ponunt, mensam cibo, potu onerant. dehinc in sua mapalia reversi triduum compotant. quo exacto illa omnia in sepulcris potu perfusis relinquunt, tandem etiam manibus valedicunt. Interea haec ii auferunt, qui in sylvis arbores cineris causa, quo fullones transmarini carere nequeunt, comburunt et asseres faciunt, navium materiam in oceanum mittendam. Consimili huic errore Christiani seculo beati Augustini in coemeteriis apud memorias defunctorum, ut idem ep. 64 ait, comessabantur.

Vere (? um) quoque Livones hoc tempore, qui dura Germanorum servitute premuntur, monumentis mortuorum cibum, potum, securim et nonnihil pecuniae hac cum nae-
51 nia imponunt 'transi' inquit 'o miser ab hoc rerum statu in mundum meliorem, ubi non tibi Germani amplius, sed tu illis imperabis. *habes arma, cibum, viaticum.*'

Cum autem nimia aestatis brevitas fruges demessas plane siccari non sinat, fit hoc sub tectis ad ignem. tum vero precandus est illis hisce verbis *Gabie* deus '*Gabie deuaite* pokielki, garunuleiski kirbixstu', flammam eleva, ac ne demittas scintillas.

Smik Smik Perleuenu. hunc deum Lituani vere ara-

turi venerantur. prima agri lyra vomere facta hujus ipsius est. quam huic qui illam duxit *toto anno transgredi haud* licet, alioquin divum sibi infensum haberet.

Skierstuwes festum est farciminum. ad quod deum *Ezagulis* ita vocant 'Vielona ve los atteik musmup und stala', veni cum mortuis, farcimina nobiscum manducaturus.

Aitwaros est incubus, qui post sepes habitat. id enim verbum ipsum significat.

Kaukie sunt lemures, quos Russi *vboze* appellant, barbatuli, altitudine unius palmi extensi; iis qui illos esse credunt conspicui, aliis minime. his cibi omnis edulii apponuntur. quod nisi fiat, ea sunt opinione, ut ideo suas fortunas (id quod accidit) amittant. nutriunt etiam quasi deos penates, nigri coloris, obesos et quadrupedes quosdam *serpentes, Giuoitos* vocatos. hos timore perculsi, dum ex antris aedium ad pastum appositum prorepunt, seque pasti in ea recipiunt, aspiciunt et colunt. Si quid infortunii accidat cultori, *serpentem* male fuisse tractatum censent.

Srutis et *Miechutele* colorum dii sunt: quos in sylvis ad lanam tingendam quaerentes venerantur.

Isti sunt pluresque alii vulgi Samagitarum dii. [et tamen permulti sunt Christiani, qui unico omnipotenti numine minime contenti, et tam Samagitas quam veteres idololatras imitati alios sibi ipsis adjutores finxerunt. 52 *Johannes* enim et *Paulus* superstitiosa opinione illorum quaeque noxia a segetibus avertit. ignis *Agathae* ceu Vestae datus est curandus. *Florianus* miles incendia restinguit, ut quidem haec libro de origine erroris recenset Bullingerus. *Nicolaus* quasi alter Neptunus maris curam gerit. idem a periclitantibus iis vocibus excitatur 'o sancte *Nicolae* nos ad portum maris trahe.' eidem sacella in litoribus consecrantur. hujus collega est gigas *Christoph.* canitur et *b. Virgini* exortis procellis istud carmen 'ave maris stella, dei mater alma.' Vino praeest *Urbanus.* rubiginem frumenti purgat *Jodocus.* brucos depellit *Magnus.* anseres curae sunt *Sancto Gallo*, oves *Vendelino*, equi *Eulogio*, boves *Pelagio*,

porci *Antonio.* alia nomina in aliis regionibus harum similiumque rerum ficti curatores habent. *Gertrudis* mures a colis mulierum abigit. Literarum studiosi *Catharinam* virginem alexandrinam velut alteram Minervam, alii vero *Gregorium* quasi Mercurium colunt ac hujus die festo primum suos natos in scholam mittunt. pictores *Lucam*, medici *Cosmam* et *Damianum*, fabri *Eulogium*, calcearii *Crispinum*, sarctores *Gutmannum*, figuli quendam *Goarum*, venatores *Eustachium* civem romanum, scorta *Aphram* et *Magdalenam* invocant. supplicant alii aliis, et in periculis vitae constituti vota illis nuncupant, in hos tutelam sui rejiciunt. Imploratur in pestilentia, ut olim Apollo, *Sebastianus*, in morbo gallico *Rochus*, in febri *Petronella*, in dolore capitis *Ita*, dentium *Apollonia*, in partu *Margarita*, quemadmodum quondam Juno et Lucina. *Joh. Evang.* a veneno conservat, *Wolfgang* contractorum medicus est. *Romanus* daemoniatos solvit, *Marcus* mortem repentinam avertit. *Martinus* miseriam, quem *ego puer* hisce verbis inclamabam '*Martine* sancte pontifex, sis miserorum opifex, fer opem tuis famulis.' *Leonhardus* vinctorum compedes rumpit, *Vincentius* amissa restituit, *Valentinus* comitiali morbo laborantes sanat, quapropter nos epilepsiam *Valentini morbum* vocamus. *Susanna* ignominiam arcet, *Otilia* oculis aegrotorum medetur, collo praesidet *Blasius*, scapulis *Laurentius*. *Erasmi* venter est totus. *Nicolao* apud nos gregis est custodia injuncta. *Andreas* vigilia festi sui invocatus a jejunis puellis futuros illarum viros praemonstrat. *Barbara* a caedibus bellicis conservat. quocirca tum a nostrae gentis hominibus in auxilium magnis clamoribus elicitur. invocatur et virgo *Maria*, cujus carmen deipara vocatum ab iis, qui in bellum proficiscuntur, decantatur, legibus additum nostris.

Haec *Joh. Meletius* archipresbyter ecclesiae Liccensis in Prussia a. 1553 ad Georgium Sabinum poetam literis prodidit, quae etiamnum multis in locis observantur.] Die Georgii sacrificium faciunt *Pergrubrio*, qui florum, plantarum omniumque germinum deus creditur. Sacrificulus enim quem *Wurschaiten* appellant, tenet

dextra obbam cervisiae plenam, invocatoque daemonii nomine decantat illius laudes 'tu abigis hiemem, tu reducis amoenitatem veris. per te agri et horti vigent, per te nemora et sylvae frondent.' hac cantilena finita, *dentibus apprehendens obbam*, ebibit cervisiam *nulla adhibita manu*, ipsamque obbam, ita mordicus epotam, *retro supra caput jacit.* quae cum e terra sublata iterum impleta est, omnes quotquot adsunt ex ea bibunt 54 ordine atque in laudem *Pergrubrii* hymnum canunt. postea epulantur tota die et choreas ducunt.

Similiter quando jam segetes sunt maturae rustici in agris ad sacrificium congregantur, quod lingua ruthenica *zazinek* vocatur, id est initium messis. hoc sacro peracto unus e multitudine electus messem auspicatur, *manipulo demesso,* quem domum adfert. postridie omnes, primo illius domestici, deinde ceteri quicunque volunt messem faciunt. facta autem messe solenne sacrificium pro gratiarum actione conficiunt, quod ruthenica lingua *ozinek*, id est consummatio messis dicitur. in hoc sacrificio Sudini Borussiae populi, apud quos succinum colligitur, *capro litant.* congregato namque populi coetu in horreo adducitur *caper.* quem *Wurschaites* mactaturus imponit victimae utramque manum, invocatque ordine daemones, quos ipsi deos esse credunt. videlicet *Occopirnum* deum coeli et terrae, *Antrimpum* maris, *Gardoeten* nautarum, *Potrympum* fluviorum ac fontium, *Piluitum* divitiarum, *Pergrubrium* veris, *Parguum* (? Pargunum) tonitruum ac tempestatum, *Pocclum* inferni ac tenebrarum, *Pocollum* aereorum spirituum, *Putscetum* sacrorum lucorum tutorem, *Auscutum* incolumitatis et aegritudinis, *Marcoppolum* (sic) magnatum et nobilium, *Barstuccas*, quos Germani *erdmenlin*, hoc est subterraneos vocant. His invocatis quotquot adsunt in horreo omnes simul *extollunt caprum sublimemque tenent* donec cantatur hymnus, quo finito rursus eum sistunt in terra. Tum sacrificulus admonet populum ut solenne hoc sacrificium a majoribus pie institutum summa cum veneratione faciant ejusque memoriam religiose ad posteros conservent. posthaec mactat victimam, sanguinemque patina

exceptum dispergit, carnem vero tradit mulieribus eodem in horreo coquendam. quae interea dum caro coquitur parant e farina siliginea placentas. quas non imponunt in furnum, sed viri focum circumstantes *hinc illinc per focum jaciunt absque cessatione* quoad indurescant et coquantur. his peractis epulantur tota die ac nocte usque ad vomitum. deinde summo mane extra villam pro-
55 grediuntur. ubi reliquias epularum certo in loco terra operiunt, ne vel a volatilibus vel a feris diripiantur. postea suam quisque domum repetit.

Ceterum ex omnibus Sarmatiae gentibus Borussis, Livonibus, Samagitis, Russis multi adhuc singulari veneratione colunt *Putscetum*, qui sacris arboribus et lucis praeest. is *sub sambuco* domicilium habere creditur. cui passim homines litant pane cervisia aliisque cibis sub hac arbore positis, precantes eum ut placatum efficiat *Marcoppolum* deum magnatum et nobilium, ne gravi servitute ab illis premantur, utque sibi mittantur *Barstuccae*, quibus in domibus ipsorum viventibus credunt se fieri fortunatiores. his ipsi collocant vesperi in horreo super mensam mappa stratam panes, caseos, butyrum et cervisiam. nec dubitant de fortunarum accessione, si mane hos cibos absumptos reperiant. quod si aliquando cibus intactus in mensa remanet, magna anguntur cura nihil non adversi intuentes (? metuentes). Eaedem gentes colunt spiritus quosdam visibiles, qui lingua ruthenica *coltki*, graeca *cobili*, germanica *coboldi* vocantur. hos habitare credunt in occultis etiam aedium locis vel in congerie lignorum. nutriuntque eos laute omni ciborum genere, eo quod afferre soleant altoribus suis frumentum ex alienis horreis furto ablatum. Cum vero hi spiritus alicubi habitare atque ali cupiunt, hoc modo suam erga patrem familias voluntatem declarant: in domo congerunt nocte segmenta lignorum et mulctris lacte plenis imponunt varia animalium stercora. quod ubi paterf. animadverterit nec segmenta dissipaverit nec stercora e mulctris ejecerit, sed de inquinato lacte cum omni sua familia comederit, tunc illi apparere permanereque dicuntur.

Praeterea Lituani et Samagitae in domibus sub for-

nace, vel in angulo vaporarii ubi mensa stat, *serpentes* fovent. quos numinis instar colentes certo anni tempore precibus sacrificuli evocant ad mensam. hi vero exeuntes permundum linteolum conscendunt et super mensam morantur. ubi delibatis singulis ferculis rursus discedunt seque abdunt in cavernis. *serpentibus* digressis homines laeti fercula praegustata comedunt ac sperant 56 illo anno omnia prospere sibi eventura. quodsi ad preces sacrificuli non exierint *serpentes* aut fercula apposita non delibaverint, tum credunt se anno illo subituros magnam calamitatem.

Adhaec eaedem gentes habent inter se sortilegos, qui lingua ruthenica *burti* vocantur. ii *Potrimpum* invocantes *ceram in aquam fundunt* atque ex imaginibus inter fundendum expressis pronuntiant et vaticinantur de quibuscunque rebus interrogati fuerint. Novi ipse mulierculam quae cum diu reditum filii absentis exspectasset ex Borussia in Daniam profecti, consuluit super eo sortilegum. a quo edocta est naufragio illum periisse. *cera* enim *in aquam fusa* expressit formam fractae navis, effigiem resupini hominis juxta navim fluitantis. Apud Samagitas est mons ad fluvium Newassam situs in cujus vertice olim perpetuus ignis a sacerdote conservabatur in honorem *Pargni*, qui tonitruum et tempestatum potens esse a superstitiosa gente adhuc creditur.

Hactenus de sacrificiis. nunc de ritibus nuptiarum ac funerum non minus ridicula quam superstitiosa narrabo.

Apud Sudinos, Curonenses, Samagitas et Lituanos nubiles puellae multis in locis gestant tintinnabulum, quod funiculo alligatum e cingulo dependet usque ad genua. nec ducuntur sed rapiuntur in matrimonium, non ab ipso sponso sed a duobus ejus cognatis. ac postquam raptae sunt tunc primum requisito parentum consensu matrimonium contrahitur. Cum nuptiae celebrantur sponsa *ter ducitur circa focum*, deinde ibidem in sella collocatur. super quam sedenti pedes lavantur aqua, qua lectus nuptialis, tota supellex domestica et invitati ad nuptias hospites consperguntur. postea sponsae os oblinitur melle et oculi teguntur velamine. quibus sic velatis ducta ad

omnes aedium *fores* jubetur eas *attingere dextroque pulsare pede.* ad singulas fores circumspergitur tritico, siligine, avena, hordeo, pisis, fabis, papavere, sequente uno sponsam cum sacco pleno omnis generis frugum. Cumque etiam hic circumspergit, inquit, nihil defuturum sponsae si religionem coluerit remque domesticam ea qua debet diligentia curaverit. his actis aufertur sponsae 57 velamen ab oculis et convivium celebratur. Vesperi sponsae ad lectum deducendae abscinduntur inter saltandum crines. tum ei a mulieribus imponitur sertum albo linteolo obvolutum, quod uxoribus gestare licet donec filium pepererint. tamdiu enim se pro virginibus gerunt. ad extremum introducitur in cubiculum, pulsataque et verberata aliarum pugnis non iratarum sed nimia quadam laetitia gestientium in lectum injicitur sponsoque traditur. tum pro bellariis afferuntur *testiculi caprini vel ursini,* quibus illo nuptiali tempore manducatis creduntur conjuges fieri foecundi. eandem ob causam nullum animal castratum ad nuptias mactatur. Contra in funeribus hic servatur ritus a rusticanis: defunctorum enim cadavera vestibus et calceis induuntur et erecta super sellam locantur. quibus assidentes propinqui perpotant ac helluantur. epota vero cervisia fit hisce verbis lingua ruthenica funebris lamentatio 'ha lele i procz ti mene vmarl? i zati nie mielszto iesti, abo piti? i procz ti vmarl? ha lele, i zati nie miel krasnoie mlodzice? i procz ti vmarl?' id est: heihei quare tu mihi mortuus es? annon quod comederes et biberes habuisti? quare mortem obiisti? heihei mihi, num formosa conjuge caruisti? cur diem obiisti? hoc modo lamentantes enumerant ordine omnia externa mortui bona, liberos, oves, boves, gallinas. ad quae singula respondentes occinunt hanc naeniam 'cum haec habueris quam ob rem mortuus es?' Lamentatione absoluta dantur cadaveri munuscula, mulieri fila cum acu, viro linteolum collo ejus implicatum. Cum ad sepulturam effertur cadaver plerique *equis funus prosequuntur* et ad currum obequitant quo cadaver vehitur. strictisque gladiis verberant auras vociferantes 'geigeite begaite pekelle!' eia fugite daemones in orcum. qui funus mor-

tuo faciunt numos projiciunt in sepulchrum, *futurum mortui viaticum*. panem quoque et lagenam cervisiae plenam ad caput cadaveris in sepulchrum illati ne anima vel sitiat vel esuriat collocant. uxor vero tam oriente quam occidente sole super extincti conjugis sepulchrum sedens vel jacens lamentatur diebus triginta. Ceterum cognati celebrant convivia die a funere tertio, sexto, nono et quadragesimo. ad quae animam defuncti invitant precantes ante januam. ubi tacite assident mensae tanquam
58 muti, *nec utuntur cultris*, ministrantibus duabus mulieribus sed *absque cultris* cibumque hospitibus apponentibus. Singuli vero de unoquoque ferculo aliquid infra mensam abjiciunt, quo animam pasci credunt, eique potum effundunt. Si quid forte decidat in terram de mensa, id non tollunt, sed desertis, ut ipsi loquuntur, animis, quae nullos habent vel cognatos vel amicos vivos a quibus excipiantur convivio, relinquunt manducandum. peracto prandio surgit a mensa sacrificulus, et scopis domum verrens animas mortuorum cum pulvere, tanquam pulices, haec dicens ejicit 'ieli pile duszice, nu veu, nu ven,' edistis bibistis animae, ite foras, ite foras. Post haec incipiunt convivae inter se colloqui et certare poculis, mulieribus viris praebibentibus, et viris vicissim illis, seque invicem osculantibus.

Haec de parentalibus paganorum, quorum et sanctus Augustinus sermone 15 de sanctis meminit. miror, inquit, cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increverit, ut super tumulos defunctorum cibos et vina conferant etc.

REGISTER.

DIE MARTER DER HEILIGEN MARGARETA.

Abschrift dieses gedichtes verdanke ich Hoffmann; die handschrift die es enthält und die ich später selbst in den händen gehabt habe ist im jahre 1820 *aus Wien in die königliche bibliothek zu Berlin gekommen, wo sie mit* ms. germ. quart 267 *bezeichnet ist. sie ist im* 15*n jh. auf papier in kleinem quart geschrieben. die ersten* 45 *blätter fehlen. bl.* xlvj[a] (*nach der alten signatur*) *stehen folgende schlufszeilen eines gedichtes*

Gar ainualtige ding
Dy welt richtet nach strengikeit
Vnd got nach gottlicher gerechtikait
Aber an dem jungsten tag
Nyemant parmung gehaben mag
Wer hye parmung begert
Der wirt von got gewert
Der sol sein sund peichten vnd sagen
Der da parmung wil haben
Wann vert er an rew vnd vngepeicht
so mag er nymer
Erwerben vnd gewynnen
Göttlich genad vnd parmhertzikait
Vnd müefs ewichlich leiden arbait
Marter vnd pein jnn der helle ymer
Da layden hat chain end nymer

bl. xlvj[b] *folgt*

Von dem hunt von frankreich
Aynsten das geschach
Das man jn hochen eren sach *u. s. w.*